

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Oratio t
cum fonte primo

Oratio refectio est ieiuniorum;

duriciam cordis emollit, austeritatem
temperat, ieiunium dulcificat.

Sicut enim sine potu non est plena
refectio, sic et ieiunium sine oratione
non potest animam perfecte nutrire.

Augustinus in quodam sermone.

Oratio quidem refectio est jejuniorum,
et advocat gratiam Spiritus sancti.

Oratio

duritiam cordis mollit, austeritatem
temperat, jejunium dulcificat.

Sicut enim sine potu non est plena
refectio; sic et jejunium sine oratione
non potest animam perfecte nutrire.

Augustinus Hipponensis (?), *Sermones*
dubii, 73, 2 (PL 39, col.1887).